

Die
ältesten Verordnungen der Venezianer
für
auswärtige Angelegenheiten.

Ein Beitrag zur Geschichte des völkerrechtlichen Verkehrs.

Aus archivalischen Quellen

von

Dr. Georg Martin Thomas.


Aus den Abhandlungen der k. bayer. Akademie der W. I. Cl. XIII. Bd. I. Abth.

München 1878.

Verlag der k. Akademie,

in Commission bei G. Franz.

Akademische Buchdruckerei von F. Straub.



Die Aufstellung ständiger und berufsmässiger Vertreter eines Staates oder Gemeinwesens im Ausland reicht in ihrem Ursprunge zurück in das Zeitalter der Kreuzzüge; es ist der Handelsgeist der italienischen Freistaaten und vornehmlich der staatskluge Sinn Venedigs welcher, wie vieles andere, so auch diese merkwürdige völkerrechtliche Einrichtung geschaffen und gefestigt hat. Dauernde Niederlassungen, nicht in der Weise der Colonien des Alterthums im Verhältnisse von Mutter- und Tochtergemeinden, sondern lediglich zum Zwecke vortheilhaften Verkehrs und sicheren Handelsgeschäftes, unter dem Schutz rechtsgiltiger Verträge für Habe und Gut und unter gegenseitiger Anerkennung persönlicher und nationaler Würde und Freiheit, führten zur Aufrichtung bleibender und bevollmächtigter Vertreter und begründeten was man heute mit dem Ausdrücke Diplomatie zusammenzufassen gewohnt ist.

Man sagt nicht zu viel, wenn man Venedig als die Mutter dieser Einrichtung preist; der Werth der Venezianischen Diplomatie ist nicht blos von den Gelehrten erkannt; die ganze gebildete Welt weiss heutzutage was die Geschichte und was die Geschichtschreibung den Berichten Venezianischer Gesandten verdankt.

Dazu haben wissenschaftliche Arbeiten, vor allem A. Baschet's musterhafte Untersuchungen (*la Diplomatie Vénitienne, les Archives de Venise*), sowol über die erhaltenen archivalischen Quellen als über den Geist ihrer Urheber sattsames Licht verbreitet. In den Urkundenwerken über die Republik von S. Marco liegen ganze Reihen solch diplomatischer Actenstücke vor, darunter solche welche

hinaufreichen bis ins 13. Jahrhundert, während bekanntlich die Spuren consularischer Posten schon im 12. gefunden sind.

Nur eines möchte man vermissen, möchte man vor Augen haben, die ältesten Verordnungen selber welche, was naturgemäss früher mehr Geschick und Gewohnheit gewesen war, in bestimmte Fassung gebracht und in Gesetze verwandelt haben. Der Geist der Ordnung, welcher uns im Venezianischen Staatswesen überall entgegenleuchtet, muss auch hierin bei guter Zeit sich selbst bezeugen, und so ist es auch wirklich.

Ich glaube der diplomatischen Wissenschaft einen Dienst zu leisten, wenn ich diese Satzungen veröffentliche, so wie ich dieselben zwei prächtigen Bänden des Venezianer Archives entnommen habe, dem Bifrons und Liber Communis I und II, mit Beschränkung auf die Grundordnung dieser vorzüglichen Quellen.

Dagegen konnte, ja musste nach Geist und Sinn ebenderselben Zusammenstellung staatlicher Gesetze der Begriff der auswärtigen Angelegenheiten ausgedehnt werden auf die Verwaltung der ausserstaatlichen Erwerbungen als eines festen Besitzes; diese Ordnungen und Bestimmungen stehen mit dem völkerrechtlichen Verkehr der berühmten Handelsrepublik in unzertrennlichem Zusammenhang; man denke nur an Morea, Negroponte, Creta.

Die schöne und belehrende Vorrede des Dogen Johannes Dandolo zu der einen Sammlung, dem Liber Communis, vom Jahre 1283, möge als Schmuck dieser Einleitung hier eine Stelle finden.

Sie lautet:

„Johannes Dandolo, dei gratia Veneciarum, Dalmacie atque Chroacie dux, dominus quarte partis et dimidie totius Imperii Romanie, nobilibus et sapientibus viris, universo populo Venetorum, fidelibus dilectis salutem et omne bonum.

Inter egregias virtutum laudes iusticia optinet principatum. est enim iusticia universalis virtus per quam virtutes alie modificantur et diriguntur, cum ipsa sit medietas superabundantie et defectus. propter quod iustum pluris et minoris medium appellatur. illa est enim, que

iustum ab iniusto et equum ab iniquo separat, vitam hominum componit et ordinat, mores docet, permittit licita, punit prava, turpia prohibet, honesta imperat, et sua cunctis attribuens pacem et concordiam persuadet. ad cuius observanciam et doctrinam leges sunt editae ab antiquo et successivis temporibus condita sunt statuta, quibus homines ad bone operationis exercitium et ad vite eorum commoda regerentur.

Sed cum omnes articuli pertinentes ad ius et ad negocia, que occurrunt, comprehendere non potuerint legibus et statutis, presertim cum multi casus accidant qui prevederi non possunt, et novis rebus emergentibus novis sit remediis succurrendum, maxime cum non sit reprehensibile vel inconveniens iudicandum, si secundum varios eventus conditionum et temporum humana consilia varie se disponunt, provida deliberatione fuit inventum, ut ea, que super incumbentibus negociis, evidenti utilitate aut urgente necessitate exposcentibus, perpenso consilio ordinantur, redigantur in scriptis et illa consilia legum ac statutorum vices quodammodo sortiantur.

Nos autem postquam divina providentia ducatus Veneciarum curam regimenque suscepimus, in mente nostra meditatione frequenti et pervigili revolventes semper nos ad ea disponere, que omnipotenti deo sint placita, iustitie et pacis cultum sapiant et ducatus nostri honorem respiciant et augmentum, inter cetera animadvertimus, consilia dudum facta in decem libris fore dispersa et inordinate descripta, propter quod ex ipsorum confusione generabatur obscuritas et querentibus difficilis questorum inventio reddebatur.

Quapropter nos illa in meliorem compositionem reducere cupientes, de voluntate et consensu nostrorum minoris et maioris consilii, elegimus quinque nobiles et sapientes viros, discretionem premitos et fide dignos, videlicet Jacobum Quirino, Nicolaum Millani, Marcum de Canali, Laurentium Belli, et Henricum de Auro, dilectos cives et fideles nostros, qui consilia ipsa ordinarent et compilarent, datis eis per nos certis modis secundum quos circa hec gerere se deberent. qui formam eis datam diligenter et efficaciter observantes ad ipsorum ordi-

nationem et compilationem hoc ordine processerunt: cancellaverunt siquidem omnia consilia que ex lapsu temporis, quo durare debuerant, erant finita, et ea omnia, quibus per editionem aliorum contrariorum consiliorum erat penitus derogatum. si qua vero invenerunt similia, utiliori retento, fecerunt aliud aboleri; et si quid forte utile fore conspexerunt in illo, quod aboleri decreverant, transscribi illud fecerunt in alio remansuro. cancellaverunt etiam aliqua, que statu et condicionibus civitatis perpensa deliberatione pensatis fore utilia non viderunt. post hec fecerunt simul et distincte scribi omnia consilia pro authenticis remansura; et omnia consilia singulis officiis, seu officialibus pertinentia simul et discrete tamen adnectere curaverunt: speciales rubricas singulis consiliis iuxta ipsorum congruentiam adhibentes.

Predicta vero consilia in duos libros dividi iussimus, quorum unum librum comunis et alterum librum officiorum volumus appellari, ut ex tali divisione ipsorum clarior pateat intellectus et libri ipsi facilius pertractentur.

Hoc itaque opus placite velitis suscipere in hoc et provisionem et sollicitudinem nostram gratam habentes predictorum virorum solertiam et fructuosum laborem laudabiliter commendantes.

Data in nostro ducali palatio anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo octuagesimo tercio, XXVII^o octubris, XII^o indictionis.

Die Beschränkung auf die ältesten Bestimmungen hierorts und für den gedachten Zweck ist eine mehrfach gebotene — nur durfte eine Reihe gleichzeitiger Handelsverordnungen als dazu gehörig angeschlossen werden.

Uebersicht.

	Pag.
I. Verordnungen wegen der Gesandten mit einem Zusatz über die Wahlen der Rectoren überhaupt	9
II. Verordnungen über die Verwaltung von Creta für den Ducha, die Räthe und Kämmerer	12
III. Verordnungen für die Castellane von Coron und Mothou auf Morea . . .	20
IV. Verordnungen für den Bailo und seine Räthe auf Negroponte	22
V. Verordnungen für den Bailo, die Räthe und die Kämmerer von Accon und Tyrus in Syrien	25
VI. Verordnung für den Bailo von Armenien	32
VII. Verordnungen für den Consul von Alexandria	33
VIII. Verordnungen für den Consul von Tunis	33
IX. Verordnungen für die Ractoren am Adriatischen Golf, für die Comites von Dalmatien und Croatien und andere	34
X. Verordnungen für die Ractoren ausserhalb des Golfes, darunter für den Podesta von Constantinopel	36
XI. Verordnungen für die Ractoren insgesamt	37
XII. Verordnungen hinsichtlich des Levante-Handels	40
 Bemerkungen	 47

I.

Verordnungen wegen der Gesandten mit einem Zusatz über die
Wahlen der Rectoren überhaupt.

Incipiunt consilia pertinentia ambaxatoribus.

Bifrons f. 20^a Lib. Comm. I f. 59.

1. Pro ambaxatoribus, qui vadunt ad xviii grossos ad diem.

Millmo ducentmo LVII ind. i die viii exeuntis septembris. Capta fuit pars in ¹²⁵⁷
consilio maiori et ordinatum, quod ambaxatores, qui vadunt per xviii grossos ad
diem, habeant ipsos xviii grossos, ut habebant, et tres seruitores pro quolibet;
habeant etiam unum cocum et si erit tantum unus, habeat unum cocum. de
quibus xviii grossis habeant tres grossos pro eorum arnesijs in die, et grossos xv
pro expensis et expendant ad sensum suum et id quod superfuerit, perueniat in
comune et alia habeant a comuni, que habebant, videlicet expensas de equitaturis,
conductansis, pedagijs et naulo barcarum.

*2. Quod ambaxatores debeant iurare prodem et honorem Veneciarum et in reditu
• reddere presentes et gratias.*

Millmo ducmo LXVIII ind. xii die xi extantis septembris. Capta fuit pars, ¹²⁶⁸
quod omnes ambaxatores, qui missi fuerint pro factis comunis Veneciarum extra
districtum Veneciarum, debeant iurare, tractare et operari in ipsis ambaxarijs et le-
gationibus prodem et honorem Veneciarum; item teneantur eodem sacramento dare
et consignare in reditu suo omnia dona et omnes gratias, que sibi uel alijs pro eis
facte fuerint in ipsis ambaxarijs et legationibus et excepto, quod possint retinere
de dictis victualibus tantum, quod valeat solidos XI.

3. *Quod ambaxatores in reditu eorum teneantur dicere prodem et honorem Veneciarum si sciuerint et facere scribi.*

1268 Millmo ducmo LXVIII ind. XII die IX exeuntis decembris. Pars fuit capta, quod quodcumque aliquis uel aliqui missi fuerint in aliqua ambaxaria sollempni per dominum ducem et comune Veneciarum, teneantur in eorum reditu facere poni in scriptis que sibi responsa fuerint super dicta ambaxata et quicquid sciuerint uel audierint dici in ipsa uia, quod credant esse ad proficuum et honorem Veneciarum, infra XV dies, postquam Venecias uenerint. preterea, quodcumque aliquis uel aliqui sollempnes ambaxatores Veneciarum uenerint ab aliqua parte, debeant poni in scriptis petitiones eorum et responsiones eis facte per dominum ducem et eius consilium, uidelicet fortium petitionum et responsionum, et dominus dux et consiliarij teneantur dare notario, qui hec scribat.

4. *Quod ambaxatores debeant assignare in eorum reditu equos et res camere comunis.*

1269 Millmo ducmo LXVIII ind. XII die V extante marcio. Fuit capta pars, quod addatur in comissionibus ambaxatorum Veneciarum, qui de cetero ibunt pro comuni, quod infra tertium diem uel antea, postquam equi iunxerint in Veneciis, quod dare debeant uel dari facere camerariis comunis equos quos habuerint in illa via et alias res comunis, et addatur in capitulari camerariorum, quod teneantur ipsos equos facere custodiri, sicut melius poterunt et ipsos etiam vendere quatinus poterunt competenter.

5. *Quod ambaxatores non possint mitti ad expensas comunis ad petitionem alicuius comunis seu specialis persone sine uoluntate duarum partium XL.*

1269 Millmo ducmo LXVIII ind. XII die X exeunte aprili. Capta fuit pars, quod dominus dux et consiliarij non possint de cetero mittere ambaxatorem ad expensas comunis ad petitionem alicuius comunis uel alicuius specialis persone forensis sine uoluntate duarum partium XL qui fuerint congregati computatis domino duce et consiliarijs et maioris partis maioris consilij.

6. *De pena solidorum uiginti grossorum quam incurunt ambaxatores, qui nolunt ire in ambaxariis.*

1271 more veneto =] Millmo ducmo LXXI ind. XV die X exeuntis januarij.
1272 Capta fuit pars, quod consilium captum de ambaxatoribus, qui poterant se eicere de ambaxariis sine dampno pecunie et per quod illi, qui se eiiciebant, non poterant ire in aliqua ambaxaria pro comuni per totum illum annum, sit reuocatum in tantum, quod quicumque decetero erit electus in aliquam ambaxariam, debeat et teneatur ire in pena solidorum XX grossorum et excusatio ei non ualeat,

nisi de persona. que excusatio de persona ponatur in maiori consilio et iuret, quod ipsa occasione dimittit.

7. *Quod omnes ambaxatores debeant reddere rationem de expensis quas fecerint qualibet die.*

Millmo ducmo septuagesimo tercio ind. prima die x intrante aprili. Pars fuit 1273
capta, quod tam illi ambaxatores, qui ad presens quam illi, qui de cetero ibunt ad
seruitia comunis, teneantur facere scribi per singula expensas, quas fecerint qualibet
die per se et solidos et denarios et sic per singula teneantur suas rationes reddere.

Lib. Com. I, 89 addit man. sec. inter 6. 7:

8. *Quod ambaxatores teneantur referre suas ambaxatas in regressu infra xv dies.*

MCCLXXXVI mense iulii die xxiiii. Cum hactenus esset consuetudo, quod am- 1296
baxatores, qui mittuntur per dominum ducem et suum consilium ad aliquas partes,
in suo regressu referebant ambaxatas in illis consiliis, in quibus facte erant sue
commissiones et nunc eas referant solum domino duci et consiliariis, capta fuit
pars, quod de cetero iniungatur omnibus ambaxatoribus, qui ibunt ad aliquas
partes per dominum ducem et comune Venetiarum, quod in suo regressu infra
xv dies teneantur referre suas ambaxatas in illis consiliis, in quibus facte fuerint
sue commissiones, et iniungatur consiliariis, quod debeant sibi dare consilium
infra dictum terminum quindecim dierum. et si consilium est contra, sit revocatum
quantum in hoc.

Pertinentia electionibus, electoribus et electis.

Bifrons f. 18^a §. 35. Lib. Com. I. 61.

1. *De electionibus rectorum, que debent fieri duplices.*

Millmo ducmo LXXIX ind. vii die xv intr. iunio. Capta fuit pars, quod in- 1279
frascripte electiones de cetero, quando debebunt fieri, debeant fieri duplices, vide-
licet baiulus Acon et consiliarij, ducha Crete et consiliarij, baiulus Tyri et con-
siliarij, baiulus Tripoli, baiulus Armenie, baiulus Nigropontis et consiliarij: castel-
lani Coroni, comes Ragusii, comes Jadre, potestas Clugie, potestas Paronti, potes-
tas Justinopolis. ambaxatores, qui habent salarium specificatum, videlicet solidos
xl. grossorum vel inde supra, consiliarij de Venecijs, quatuor procuratores S. Marci,
patroni arsanae, capitanei, qui sint de varnimento quatuor galearum vel inde supra.
et non possit reuocari, nisi quinque consiliarij fuerint in concordia, xxv de xl.
et due partes maioris consilij. et hoc addatur in capitulari consiliariorum et xl.
et si consilium est contra, sit revocatum quantum in hoc.

Lib. Com. I. addit fol. 81^b :

2. *Quod baiulus Accon, ducha Crete et infrascripti post depositum officium non possint eligi ad illa officia per duos annos.*

1280 Millmo ducmo octuagesimo indictione octava die XIII augusti. Fuit capta pars quod baiulus Accon, ducha Crete, baiulus de Tyro, baiulus Nigropontis, castellani Corone, comites Jadre et Ragusii, potestates Justinopolis Parencii et Clugie qui de cetero in predictis regiminibus eligentur, die quo ab ipsis regiminibus finitis redierint Venecias ad duos annos non possint eligi in aliquo vel aliquibus ipsorum regiminum. et hoc non possit revocari nisi per quinque consiliarios, XXV de XL et per maiorem partem maioris consilii et hoc duret usque ad sex annos et vult Menicus Michael et alii consilarii consenserunt. et si consilium est contra, sit revocatum quantum in hoc.

II.

Verordnungen über die Verwaltung von Creta für den Ducha,
die Rätke und Kämmerer.

**Incipit rubrica continens sub se consilia omnibus et singulis rectoribus
Romanie pertinentia, sed primo de ducha et consiliariis Crete.**

Bifrons fol. 68^b. Lib. Com. II f. 194.

1. *De forma regiminis duche et consiliariorum Crete.*

1255 Millmo ducmo quinquagesimo quinto indic. XIII die VIII intrantis iulii. Capta fuit pars in consilio maiori, quod ducha Crete qui ad presens eligi debet et qui de cetero in dicto regimine fuerint et consilarii, non debeant aliquid incantare nec incantari facere nec comparare nec comparari facere aliquo modo vel ingenio de illo comunis ad suam utilitatem. nec accipere non debeant nec accipi facere aliquid mutuo de illo comunis aliquo modo vel ingenio ad suam utilitatem. item quod recipere non debeant nec recipi facere aliquo modo vel ingenio aliquid presens vel donum a Judeis nec a monasteriis imperialibus Grecorum ad suam utilitatem. item quod non debeant comparare nec comparari facere aliquid a monasteriis imperialibus nec a Synaitis aliquo modo vel ingenio ad suam utilitatem. item quod ducha habeat exemplum commissionis consiliariorum et consilarii habeant exemplum commissionis duche. item quod miles dicti duche nec aliqui de familia duche nec de familia consiliariorum debeant habere aliquod salarium a comuni. et quod miles duche et presbiter et omnis de familia dicti duche et consiliariorum

adstringantur sacramento de non accipere aliquod donum nec presens ad utilitatem ipsorum duche et consiliariorum modo aliquo vel ingenio. item quod ducha habere debeat unum equum, qui sit a quatuor annis supra de precio librarum C. item quod presbiter dicti duche non debeat habere aliquod officium comunis nec salarium a comuni. item quod ducha Crete infra unum mensem possit vendere suos equos postquam redire crediderit. et postquam equos suos vendiderit, debeat abinde in antea pro quolibet equo dimittere (debeat) in comuni unum sterlinum per diem. item quod ducha Crete et consilarii teneantur et debeant, si maior pars minoris et maioris consilii eis dixerint equitare pro utilitate insule Crete vel ire in servitio comunis per mare vel ire alio tam in dicta insula, quam foris de insula pro utilitate comunis et insule Crete, secundum quod captum et ordinatum fuerit per maiorem partem minoris et maioris consilii. et debeat ducha computare de suo havere omni die yperperum unum et consilarii pro quolibet karatos decem de suo havere omni die, usque dum in servitio ipso comunis steterint. item quod duche predicti non debeant habere serzentes, quos habuit nobilis uir Angelus Maurocenus ducha Crete. — Post hec die xvi intransis mensis iulii capta fuit pars in maiori consilio et ordinatum, quod ducha Crete et consilarii non permittant ultra duos Latinos cum viii servitoribus ire obviam alicui Greco in civitatem venienti, nec permittant ultra duos Latinos associare aliquem Grecum pro aliquo facto vel petitione coram ducha Crete et consilariis vel officialibus comunis Crete. item eo die capta fuit pars quod consiliarius Crete qui eligi debet ad presens et qui de cetero electi fuerint, sint sub consilio et ordainamento v ancianorum, sicut hactenus consilarii Crete erant.

2. *Quod ducha et consilarii Crete non ducant secum filium fratrem vel nepotem non divisos.*

Millmo ducmo LVIII indic. prima die xiii exeuntis iunii. Capta fuit pars ¹²⁵⁸ in consilio maiori et ordinatum, quod de cetero ducha Crete et consilarii eius non debeant neque possint conducere secum sive tenere filium, fratrem vel nepotem qui non sint divisi ab ipsis, qui debeant exercere nec uti marcadantiam per se nec per alios. et hoc addatur in eorum capitulari sicut fuerit opportunum.

3. *Duche et consilariis Crete de videndis guarnimentis.*

Millmo ducmo LVIII indic. ii die vi exeuntis iunii. Capta fuit pars in con- ¹²⁵⁹ silio maiori et ordinatum, quod addatur in commissione duche Crete et consiliariorum, qui Cretam de cetero iverint et † consilarii qui sint ibidem, quod ipsi vel maior pars eorum debeant ter in anno, videlicet omni quarto mense videre in civitate Candie munitiones de cavallariis insule Crete, videlicet a scala usque Syteam. et consentiant nec permittant quod videantur per aliquam personam nisi per eos et in alio loco, nisi in civitate Candie, ut dictum est. et quod pecuniam totam,

que intrabit pro condemnationibus, que facte fuerint occasione disguarnitionum ipsarum cavalliarum, mittere debeant Venecias. de qua comparari debeant equi pro comuni Crete et ad insulam Crete transmitti.

4. *Consiliariis Crete de tenendis equis.*

1259 Millmo ducmo LVIII indic. II die X exeuntis iulii. Capta fuit pars, quod consilarii Crete tam apud Candiam, quam apud Caneam et Rethimum sive alibi in insula Crete existentes debeant de equis, quos habere et tenere debent, habere et tenere unum de yperperis l. adminus vel inde supra.

5. *De non vendendo vel alienando aliquo ligno comunis Crete.*

1259 Millmo ducmo LVIII indic. II die XI intrantis augusti. Capta fuit pars quod ponatur in commissione duche Crete, quod nullo modo vel occasione aliqua aliquod navigium comunis debeat pignorare, vendere vel alienare nec coreda ipsius.

6. *De militibus, qui non faciunt se scribi infra annum.*

1259 Millmo ducmo LVIII indic. II die XI intrantis augusti. Capta fuit pars, quod quando milites Crete moriuntur, illi qui eis succedunt non tenerentur facere guar-
nitiones infra annum unum. capta fuit pars et ordinatum quod, si aliquis de cetero fuerit, qui non fecerit se scribi in quaternis comunis et eas cavallarias intromiserit infra unum annum, teneatur ipse ducha ipsas cavallarias intromittere et tenere pro comuni.

7. *De illis qui habent cavallarias et faciunt offensiones.*

1259 Millmo ducmo LVIII indic. II die XII intrantis augusti. Capta fuit pars et ordinatum, quod, si fuerit aliquis, qui habeat cavallarias in insula Crete, qui fecerit offensionem comuni, propter quam debeat bannizari, teneatur ducha cavallarias illas, quas habuerit, intromittere et retinere pro comuni. et hoc dictum est tam de illis qui nunc sunt, quam decetero fuerint bannizati.

8. *Quod consilia Crete vadant circum cum bussolis.*

1264 Millmo ducmo LXIII indic. VII die XI intrantis iunii. Pars fuit capta intra XL quod consilium, quod fit in Creta, debeant ire partes circum cum bussolis et partes non possint esse firme, nisi capte erunt pro maiori parte maioris consilii, sicut fit in Veneciis, et hoc iungatur in capitulari duche.

9. *De gratiis faciendis.*

1264 Millmo ducmo LXIII indic. VII die XII intrantis iunii. Capta fuit pars, quod ducha Crete et consilarii non possint donare nec facere gratiam de mobile nec de stabile ultra X yperpera uni homini pro quolibet per totum suum tempus.

et si aliquis esset dignus donis et (de) gratiis, quod duchi et consilarii non possint ei facere dona nec gratiam a x usque ad xxv yperpera supra. si aliquis esset dignior donis et gratiis, non possint facere dona nec gratiam, nisi cum voluntate domini ducis et maioris partis maioris consilii Veneciarum, si eis placuerit et cum voluntate maioris partis consilii Crete et non aliter.

10. *Quando duchi et consilarii et camerarii Crete vadunt in exercitu.*

Millmo ducmo lxxiii indic. vii die xii intrantis iunii. Capta fuit pars quod, 1264
quandocumque duchi Crete et consilarii et camerarii exhibunt de Crete in exercitu vel in aliis negotiis, debeant manere duchi et consilarii et camerarii insimul et ad unum expendium et unam societatem et unam curiam.

11. *Quod duchi Crete non possit portare secum uxorem.*

Millmo ducmo lxx indic. xiii die iii intrantis iunii. Capta fuit pars quod, 1270
qui erit electus duchi, non possit ducere secum uxorem suam in regimine duchatus.

12. *Quod ille qui ibit rector Rethimum habeat duos camerarios.*

Millmo ducmo lxxiii ind. prima die xiiii intrantis iulii. Capta fuit pars 1273
quod consiliarius Crete, qui ibit de cetero rector ad Rethimum, debeat habere duos camerarios, qui eligantur per ducham et consilarios et habeant suos quaternos, cum quibus veniant cum rectore ad faciendum rationem.

13. *De equis duche Crete et consiliariorum.*

Millmo ducmo lxxiii ind. prima die primo augusti. Capta fuit pars, cum 1273
contineatur in commissione duche et consiliariorum de Crete, quod equi, quos conduxerint debeant esse de annis quatuor et inde supra, quod omnes illi, qui de cetero electi fuerint, possint conducere duos equos de tribus annis et inde supra. et si consilium est contra, sit revocatum quantum in hoc.

14. *De Grecis bannitis de insula Crete.*

Millmo ducmo lxxiii indic. ii die xv intrantis novembris. Pars fuit capta, 1273
quod Georgius Curtatius et Michali et Constantinus eius filii et Theodorus Curtatius et eius filius Manuel et Scurdilachus de insula Crete sint perpetuo forbaniti de Veneciis, de Crete et de omni parte domini Veneciarum. et si predicti vel eorum aliquis venerint aliquo tempore ad manus signorie, quod sine aliqua conditione debeant mori. et quod sine remissione aliqua et sine aliqua spe restitutionis ipsi et eorum heredes omnes imperpetuum sint privati de eorum feudis et de omnibus aliis eorum bonis mobilibus et immobilibus que habent in insula seu in aliqua alia parte domini Veneciarum. que quidem feuda et bona omnia eorum sine con-

dictione aliqua in comune Veneciarum deveniant. et ipsi vel eorum heredes omnes nullo unquam tempore possint vel debeant habere feudum vel possessiones aliquas in insula Crete.

15. *Contra bannitos Crete et rebelles.*

1273 Millmo ducmo LXXIII ind. II die XV intrantis novembris. Fuit capta pars, quod duche Crete et consiliariis committatur, quod debeant facere stridari et sic per eos debeat observari, quod aliquis non possit vel debeat mittere litteras, nuntium nec ambaxatorem*) nec recipere nec mercationes dare nec recipere cum aliquo Greco, qui sit rebellis. et si aliquis feudatus tam miles quam serzentus fecerit contra predicta, amittere debeat feudum. quod feudum non possit restitui ei siue heredibus aut successoribus suis, nisi dominus dux cum v consiliariis, xxx de xl et due partes maioris consilii inde concordēs extiterint. item si burgensis aliquis, ut superius dictum est, fecerit contra hoc, amittere debeat burgesium et sit bannizatus et non possit ei restitui burgesia nec extrahi de banno nisi cum ordine supradicto. item quod si aliquis Latinus tam Venetus quam forensis fecerit contra hoc, amittat yperpera cc et sit bannitus. et si non poterit solvere, poni debeat in maiori carcere in quo stare debeat per duos annos et — expleti duo anni — si non solverit, sit in banno. item si aliquis Grecus contra predicta ire temptaverit, amittere debeat unam manum et unum pedem, salvo tamen quod si aliquibus supradictorum litera aliqua presentata fuerit, quod ipse in continenti teneatur presentare hominem et literam domino duche vel illi aut illis qui loco duche fuerit. et si hoc fecerit, non cadat in pena superius nominata. et addatur in commissione duche Crete ante quam vadat, totum quod superius dictum est, quod sic teneantur facere et observare.

16. *Quod duchi et consilarii Crete non possint reddere feudum alicui qui rebellabit comuni aliquo modo.*

1274 Millmo ducmo LXXIII indic. II die VII intrantis iunii. Capta fuit pars, quod in commissione duche et consiliariorum Crete qui de cetero eligentur, adiungatur et mittatur, precipiendo istis qui nunc sunt per litteras domini ducis per sacramentum, quod si aliquis Grecus, qui habet vel decetero habebit feudum a domino duce vel aliquis, qui nunc est franchus vel decetero erit franchus, decetero rebellabit dominio vel fecerit contra fidelitatem, quod non possint ei reddere feudum vel franchitatem aliquo modo vel ingenio nec ei facere aliquam gratiam nec reddere, dare vel donare ei aliquod donum vel cambium. item quod si aliquis Latinus, vasmulus Blacus Turcus et de omni genere, excepto de Grecis

*) ambaxatam Lib. Com.

rebellabit dominio, non possit per aliquod tempus ipse nec sui heredes habitare in tota insula Crete, et si habitarent, debeant esse villani comunis perpetuo.

17. *Duche et consiliariis Crete.*

Millmo ducmo LXXIII indic. III penultima ianuarii. Capta fuit [more veneto pars, quod de facto castrorum que ordinata fuerint fieri, pro quibus debebant expendi yperpera viii^m pro comuni Veneciarum, quod in uno dictorum castrorum quod factum est, non possint esse expensata ultra iiii^m et D yperpera et si aliud fiet, non possint tolli nec expensari ultra alia iiii^m et L yperpera. et si fient, non possint dicta yperpera vel aliqua ex eis tolli, sed remaneant in comuni, et si in alio castro facto sunt expensata ultra yperpera iiii^m D, illud plus revertat in comuni. item quod precipiatur duche et consiliariis de Crete per sacramentum quod restituant in comune yperpera que acceperunt de frumento et alia, que non debebant vel poterant recipere. et si non restituerint ad terminum eis datum, quod de suo proprio restituere teneantur et de suo proprio debeat tamen tolli sine conditione. item quod respondeatur dictis duche et consiliariis quod non possint dare serventario vel alia*) aliquibus qui redirent ad mandata ultra ea que habuerint, sicut fuit ordinatum. item quod illa diminutio, quam ipsi fecerunt de salario officialium et de ordinamento de castellanis castrorum, sit firmum, salvo quod varnitio castrorum non minuatur in preiudicium castrorum.

1274=
1275

18. *Quod consilarii Crete non teneantur portare secum ultra libras c.*

Millmo ducmo LXXV indic. III die VII intrante maio. Capta fuit pars quod, cum consilarii de Crete tenerentur quilibet eorum portare secum libras CCC, quod de cetero non teneantur portare nisi libras c, et capitulum primum in hoc sit revocatum.

1275

19. *De augmento salarii duche Crete.*

Millmo ducmo LXXV indic. III die penultimo mensis iulii. Capta fuit pars quod duche Crete debeant addi pro salario yperpera c, ita quod habeat yperpera M, sicut habebat DCCCC.

1275

20. *Quod qui habet in Crete mediam militiam pro uxore teneatur servire ut alii milites.*

Millmo ducmo LXXVI indic. IV die penultimo extantis augusti. Capta fuit pars quod omnes illi qui habent vel de cetero habebunt in insula Crete pro uxoribus suis usque ad mediam militiam vel inde supra, teneantur servire, sicut tenentur alii milites de Creta. et addatur in commissione duche quod teneantur sic

1276

*) alii Lib. Com. l. aliis.

facere observare. item quod omnes illi qui tenentur tenere equos per feudum, quod peior equus debeat esse valoris xx yperperorum et inde supra. item quod addatur in commissione duche Crete, quod teneantur facere inquirere de omnibus tam hominibus quam mulieribus, qui vel que remanserunt vel decetero remanebunt commissione alicuius, qui commisit vel decetero committet ad vendenda aliqua cavallaria. item quod aliquis de feudatis comunis non possit nec debeat venire Venecias pro ambaxatore, quando est verra in ipsa terra.*)

21. *Duche et consiliariis Crete.*

1281 Millmo ducmo LXXXI indie. viii die vi augusti. Capta fuit pars quod, si aliquis accipiet uxorem in Crete et habebit in dotibus feudum aliquod, quod ipse debeat et teneatur servire in propria persona. deinceps et debeat illud feudum scribi marito pro extimacione facta a ducha vel ab aliis, sicut videbitur duche et suo consilio, ita quod ipse maritus faciat, quod illud feudum sit pignus illi sue uxori et quod etiam faciat ei securitatem super omnia sua bona. et si ipse maritus hoc nolet, vendatur feudum et solvatur inde marito de suis dotibus. et hoc iungatur in commissione duche et consiliariis. item quod non debeat dari pro iudicatu alicui donne aliquod feudum, salvo quod si ipsa haberet filium qui posset servire, ipse debeat iurare et servire. et si ipse filius esset minor, quam de servitio, ipsa donna debeat et teneatur facere, quod alius serviat secundum formam aliarum militiarum. et quando ille filius erit talis etatis, quod possit eam militiam servire, recipiet ipsam et serviat, ut dictum est. et si haberet filiam, similiter faciat illam militiam servire aliquem alium donec ipsa filia nubat et postea maritus ipsius ipsam suscipiat et serviat secundum formam aliarum militiarum. et si ipsa hoc nolet, ipsa militiam vendi debeat et inde solvatur sibi de sua repromessa. et hoc iungatur in commissione duche et consiliariorum. item quod ducha non debeat accipere vel permittere accipi de mensura salis ultra duos strilinos. item quod mittatur duche sub debito iuramenti quod faciat cooperiri arsenatum.

22. *Quod ducha et consilarii faciant fieri unum arsenatum.*

1281 Millmo ducmo LXXXI ind. x die ii decembris. Fuit capta pars quod mittatur precipiendo duche et consiliariis Crete sub debito sacramenti, quod debeant fieri facere arsenatum Crete, ita quod navilium in eo possit stare sub cooperto et pro predictis faciendis fiat eis commissio de accipiendo mutuo yperpera md et non possint ea expendere in aliud aliquo modo. et de intratis Crete recuperent et accipiant et expendant tantum in predicto negocio, quod arsenatus bene compleatur.

*) insula Lib. Com.

23. *Quod ruga maistra de Candia affittetur per incantum.*

Millmo ducmo LXXXI ind. x die xxiiii februarii. Capta fuit [more veneto 1281—
pars quod ruga maestra de Candida, que est comunis a sancto Tito versus 1282
mare, debeat affittari, et etiam alia ruga que est ab alio latere versus eam et ver-
sus mare, per incantum pro comuni ad xxviii annos. et qui eam vel eas acce-
perit, teneatur facere fieri faciem*) de antea super ruga de petra et calcina. et si
consilium est contra, sit revocatum quantum in hoc.

24. *Duche Crete.*

Millmo ducmo LXXXII ind. x die vii iulii. Capta fuit pars, quod commit- 1281—
tatur duche et consiliariis Crete, quod non possint per mare exire extra insulam 1282
Crete occasione eundi alibi quam in insulam Crete.

25. *Quod sal Crete ponatur in gabella et de datio panis.*

Millmo ducmo LXXXVIII indic. vii die viii augusti. Fuit capta pars 1281—
quod sal Crete ponatur in gabella comunis Crete et quicquid inde recipietur, expen-
datur in munitione castrorum insule Crete, que muniuntur pro comuni, cum ordine
qui videbitur duche et suo consilio. item quod quicquid recipietur in Crete de
datio panis, similiter expendatur in munitione dictorum castrorum que muniuntur
pro comuni.

Liber Commun. post 22:

26. *Quod ducha Crete possit expendere libras iiii^m pro securitate caravane et
gentis nostre euntis et redeuntis de libr. xiii^m quas potest expendere pro
exercitu faciendo.*

Millmo ducmo octuagesimo primo indict. x die iiii ianuarii. [more veneto 1281—
Cum commissum fuerit duche Crete quod possit accipere mutuo libras xiii^m si expe- 1282
dierit, pro faciendo exercitu et armandis, capta fuit pars quod de dictis libris
xiii^m ipse possit expendere libras iiii^m pro securitate caravane et nauilii euntis et
venientis et si consilium est contra, sit revocatum.

Incipiunt consilia camerariis comunis Crete pertinentia.

Bifrons fol. 70. Lib. Com. II f. 198.

1. *Quod camerarii comunis Crete habeant xii pperpera pro fictu domus et
non possint comparare nec incantare de rebus comunis.*

Millmo ducmo LXXXIII indic. prima die penultimo mensis iunii. Capta fuit 1273
pars quod addatur in commissione camerariorum comunis Crete, quod possint acci-

*) faciam Lib. Comm.

pere pro fictu domus sue habitationis xii yperpera pro quolibet et ipsi accipiant domum et domos, sicut eis placuerit. et non habeant domum pro comuni. item quod non possint vel debeant per se vel per alios ullo modo vel ingenio comparare nec incantare de rebus comunis.

2. *Quod camerarii comunis Crete debeant esse in conviriis et presentibus sicut consilarii.*

1273 Millmo ducmo LXXIII indic. prima die xiiii intrantis iulii. Capta fuit pars quod camerarii Crete debeant esse tam in facto conviviorum, quam in presentibus sicut sunt consilarii.

3. *Quod camerarii Canee sint consilarii rectoris.*

1281 Millmo ducmo LXXXI indic. viii exeuntis iunii. Pars fuit capta quod illi duo qui erunt camerarii Canee, sint consilarii ipsius terre rectoris.

Liber Comm. addit:

4. *De camerariis Crete quod faciant condempnationem cum ducha et consilariis.*

1270 Millmo ducmo septuagesimo, ind. xiii. die quinto intrante augusto. Fuit capta pars quod unus tercius camerarius mittatur Cretam qui sit cum aliis ad faciendum officium quod fiebat per quinque de pace ibi in Crete, tam de inquisitionibus quam de aliis. et condempnationes fiant per eos et per ducham et consilarios per maiorem partem eorum. et illi quinque qui erunt, non sint amplius. et habeant dicti camerarii pro salario yperpera cl. pro quolibet quolibet anno et teneantur tenere unum equum ad servicium comunis.

III.

Verordnungen für die Castellane von Coron und Mothon auf Morea.

Incipiunt consilia castellanis Corone et Mothone pertinentia.

Bifrons fol. 70. Lib. Com. II fol. 202.

1. *Quod castellani Corone faciant fieri muros Corone videlicet certam quantitatem in anno.*

1269 more veneto =] Millmo ducmo LXVIII indic. xiii die penultimo februarii.
1270 Capta fuit pars quod addatur in commissione castellanorum Corone qui decetero ibunt illuc, quod teneantur fieri facere omni anno adminus xx passus de muro

in castro Corone de petra et calcina, de muro videlicet qui est de petra et terra. et non possint facere fieri muros minus altos vel grossos ut est modo, sed plus sic

2. *De castellanis Corone quod unus eorum ad mensem stare debeat in Mothone.*

Millmo ducmo LXXII ind. xv die III intransantis aprilis. Fuit capta pars 1272 quod addatur in commissione castellanorum Corone, quod unus eorum ad mensem debeat stare ad Mothonum per texeras. verum de hoc non teneantur III menses in anno, quos eligere voluerint. et quod ille castellanus qui ibit, non possit propterea expendere ultra id quod concessum est in commissione sua, quod possint expendere. salvo etiam, si talis conditio occurreret quod in Corono non remanerent duo castellani, si unus iret Mothonum, quod non teneantur ire, ita tamen quod duo castellani semper permaneant in Chorono et quod unus castellanus mittatur de Veneciis Motonum cum illo ordine, qui videbitur.

3. *De castellanis Motoni.*

Millmo ducmo LXXII indic. xv die penultimo aprilis. Pars fuit capta quod 1272 baiulus, qui debet mitti Motonum, habere debeat c yperpera pro salario per annum et domum pro sua habitatione et libras DCC ad mercatum et navigium de Veneciis illuc cum aliis conditionibus quibus fuerint alii. salvo quod non possit recipere presentes et teneatur tenere unum scutiferum et unum equum de xxv yperperis vel inde supra et sit ad duos annos.

4. *De sociis castellanorum Coroni.*

Millmo ducmo LXXIII indic. prima die XII intransantis iunii. Cum poneretur 1273 pars quod aliquis castellanus de Corono non posset secum ducere socium nec tenere, capta fuit pars quod possit ducere et quod illi, quos conduceret, debeant esse Veneti et non possint uti aliqua mercatione modo aliquo per se vel per alium et non possint eis dare soldum, nisi tantum quantum uni de sarzentis.

5. *Quod castellani Coroni teneantur circare varnitiones castelli tribus vicibus in anno.*

Millmo ducmo LXXVI indic. v die XI intransantis februarii. Capta [more veneto 1276= fuit pars, quod addatur in commissione castellanorum de Corono qui decetero 1277 eligentur et illis qui nunc sunt, mittatur precipiendo per sacramentum quod teneantur tribus vicibus in anno videre varnitiones castelli Coroni comunis Veneciarum et eciam serventum, si erunt guarnite ut debent. et si invenerint homines non habere guarnitionem ad plenum, ut debent, debeant eos licentiare a soldo comunis si non recuperabunt suam guarnitionem infra xv dies tunc sequentes. et si habebunt guarnitionem suam et non habebunt zupetum, quod castellani teneant † zupe-

tum non habentibus de soldo illud, quod iustum videbitur eis et dent eis zupetum pro comuni. et etiam quod castellanus, cuius fuerit mensis, teneatur qualibet nocte adminus semel circare et circuire castellum.

6. *Quod castellani Coroni faciant fieri unum arsenatum.*

1281 Millmo ducmo LXXXI indic. x die ii decembris. Pars fuit capta, quod mittatur precipiendo castellanis Coroni, quod apud Coronum debeant facere fieri unum arsenatum, in quo sub cohopena possint salvari et teneri galee et aliud navilium. et de xi. passibus muri, quos tenebantur facere, faciant sicut eis bonum videbitur. et si consilium est contra, sit revocatum quantum in hoc.

Lib. Com. ii fol. 202 habet pro 1 et 8:

7. *De tercio castellano Corone.*

1264 Millmo ducmo sexagesimo quarto indic. vii die viii intrantis aprilis. Capta fuit pars quod eligatur unus tercius castellanus in Corone cum illa condicione qua sunt alii, salvo quod non possit expendere ultra yperpera MCC per annum inter tres.

8. *Quod castellani Coroni possint expendere libras M pro securitate nostre caravane et gentis.*

1281 more veneto =] Millmo ducmo octuagesimo primo indictione x die iiii
1282 ianuarii. Capta fuit pars quod mittatur castellanis Coroni, quod possint accipere mutuo et expendere libras M, si expedierit, pro armamento, occasione securitatis caravane et nostri navigii.

IV.

Verordnungen für den Bailo und seine Rätthe auf Negroponte.

Incipiunt consilia baiuolo et consiliariis Nigropontis pertinentia.

Bifrons fol. 70. Lib. Com. II fol. 199.

1. *Quod baiulus et consilarii Nigropontis non constituent procuratores loco sui.*

1250 Millmo ducmo I. indic. viii die vii extante maio. Capta fuit pars quod amodo baiulus et consilarii Nigropontis, qui pro tempore fuerint, non constituent alios procuratores loco sui ad excutiendum redditus comunis, sed ipsi consilarii hoc debeant procurare et excutere.

2. *Quod baiulus et consilarii Nigropontis non dent domum neque terram ad annos etc.*

Millmo duemo lvi indic. xiii die quinto intrantis iunii. Pars fuit capta, ¹²⁵⁶ quod baiulus Nigropontis et consilarii non possint nec debeant dare nec concedere ad annos domum aliquam nec terram comunis in Nigroponte, a capite videlicet campi comunis Veneciarum versus civitatem usque ad aliud caput campi, quod est versus castrum ab utroque latere neque de supra portum usque ad domum, que fuit domini Michaelis Mauroceni, complentibus illis qui habent de dictis domibus suos terminos. et complectis dictis terminis remaneant ipse domus et terre in comune. item quod omnes alias possessiones comunis possint et debeant baiulus et consilarii Nigropontis affittare usque ad xxix annos, non dando alicui nisi tantum quantum videbitur, quod sit pro suo stacio convenienter et in sua discretionem remaneat affittandi eis modo vel expectando, quousque venient caravane.

3. *De equis baiuli et consiliariorum Nigropontis.*

Millmo duemo lxxviii indic. xii die viii intrantis iulii. Capta fuit pars ¹²⁶⁹ et facta fuit electio de baiulo Nigropontis et consiliariorum et ordinatum, quod baiulus non possit conducere secum de Veneciis, nisi tantum duos equos, qui sint a tribus annis ultra quilibet eorum. et consilarii unum pro quolibet qui sit a tribus annis ultra et omnes alii equi, quos illic comparaverint vel recuperaverint, debeant esse a tribus annis supra.

4. *De salario baiuli Nigropontis.*

Millmo duemo lxxiii indic. prima die v intrante marcio. Fuit capta pars ¹²⁷³ quod baiulus Nigropontis habere debeat pro salario yperpera m per annum et duas robas decentes. et habere debeat unum clericum notarium et octo servitores et quinque equos. verumtamen equus, quem in Veneciis comparaverit, debeat esse precio c librarum. et si in Nigroponte comparaverit, debeat esse precio c yperperorum, salvo aliis omnibus que continentur in suo capitulari.

5. *De equis baiuli Nigropontis.*

Millmo duemo lxxix indic. vii die x intrantis iulii. Capta fuit pars quod ¹²⁷⁹ baiuli Nigropontis possint de cetero conduci facere Nigropontem de Veneciis vel aliunde usque ad illam quantitatem equorum, quam tenere et habere debent per formas suarum commissionum, non habendo tamen nulum a comuni nisi pro duobus equis tantum.

6. *Quod baiulus et consilarii Nigropontis possint emere de terris ubi fuit castrum.*

1281 Millmo ducmo LXXXI indic. x die II decembris. Capta fuit pars quod, si dictus baiulus et consilarii poterunt habere de terris, ubi fuit castrum de Nigroponte, quod debeant eas emere sicut eis videbitur, et de hoc fiat eis commissio de mutuo accipiendo. de aliis vero terris inquirent et sciant, quod possunt facere et quicquid invenerint et sciverint, inde debeant domino duci intimare et postea inde facere quod sibi fuerit mandatum.

Lib. Com. II, 199 inserit:

7. *De salario consiliariorum Nigropontis.*

1273 Millmo ducmo septuagesimo tertio. indic. prima die XI exeunte marcio. Capta fuit pars, quod consilarii Nigropontis debeant habere decetero pro salario yperpera CCL. annuatim, sicut habebant CC.

8. *Ad baiulum et consiliarios Nigropontis quod possint facere uerram Paleologo.*

1281 Millmo ducmo octuagesimo primo. indict. decima die secundo decembris. Pars capta fuit, quod baiulo et consiliariis Nigropontis detur potestas, quod pro facienda guerram Paleologo et genti eius possint expendere pro anno M yperpera de sex milibus yperperis, de quibus habent commissionem, requirendo et extrahendo ab illis de Nigroponte in predicta occasione quantum plus poterunt.

9. *Ad baiulum et consiliarios Nigropontis quod possint recipere mutuum pro domo laboranda.*

1281 Millmo ducmo octuagesimo primo indictione x die secundo decembris. Capta fuit pars, quod si predicti baiuli et consilarii poterunt accipere mutuo a burgen-
1282 gensibus Veneciarum de Nigroponte pecuniam, pro domo laboranda iuxta lobiani Veneciarum de Nigroponte, possint eam accipere et laborari facere ipsam domum et pro ea obligent redditus comunis Veneciarum de Nigroponte, sicut melius et utilius viderint expedire et de hoc fiat eis commissio.

10. *Quod baiulus Nigropontis possit expendere M yperpera pro salvatione nostre caravane.*

1281 more veneto =] Millmo ducmo octuagesimo primo indictione x die III ianuarii.
1282 Cum commissum sit baiulo consiliariis Nigropontis, quod pro faciendo guerram Paleologo et genti eius possint expendere in anno M yperpera de sex millibus

yperperis, que possunt accipere mutuo pro predicta causa, capta fuit pars quod predicta mille yperpera non possint expendere in alio, nisi pro salvacione nostre caravane et navilii euntis et redeuntis, et si consilium est contra, sit revocatum quantum in hoc.

V.

Verordnungen für den Bailo, die Rätthe und Kämmerer von
Accon und Tyrus in Syrien.

a. Von Accon.

**Incipiunt consilia pertinentia omnibus et singulis rectoribus de ultra
mare et Tunixio. sed primo de baiulo et consiliariis Accon.**

Bifrons fol. 71^v. Lib. Com. II. fol. 206.

1. Quod baiulus et consilarii Accon non recipiant donum nec presens.

Millmo ducmo LVI indic. XIII die VII intrantis iulii. Capta fuit pars quod 1256
baiulus et consilarii Accon non possint nec debeant recipere donum aliquod nec
presens, nisi de salvadesinis. item quod quando voluerint exire terram, unus
eorum trium adminus remaneat in terra, qui debeat facere regimen dicte terre.
item quod non possint nec debeant mutuare balistas nec aliqua alia arma, nec
alias res, que comuni pertinent nisi bonum pignus inde habuerint. item quod idem
baiulus Accon teneatur et debeat facere rationem cum consiliariis suis et aliis qui
tenent denarios et (leg. de) habere comunis in unoquoque mense. item quod
baiulus Accon supra dictus non possit ponere de suis rebus vel mercationibus in
camera, qua ponuntur bona et res que ibidem dantur in commendatione et quod
sint due claves dicte camere, unam habeat baiulus et aliam habeant consilarii.
item quod baiulus et consilarii Accon non possint expendere ultra bizantios c per
annum in conviviiis vel corredis.

2. Quod consilia Accon et Nigropontis vadant circum cum bussolis.

Millmo ducmo LXIII indic. VII die XI intrantis iunii. Capta fuit pars quod 1264
consilium, quod fit in Accon et Nigroponte, debeant ire partes circum cum bussolis,
et partes non possint esse firme, nisi capte erunt pro maiori parte maioris consilii,
sicut fit in Veneciis. et hoc iungatur in capitulari rectorum.

Aus d. Abh. d. I. Cl. d. k. Ak. d. Wiss. XIII. Bd. I. Abth.

(16) 4

3. *De salario baiuli Accon et familia.*

1270 Millmo ducmo LXX ind. XIII die v intrantis marcii. Capta fuit pars quod baiulus, qui modo debet mitti Accon, mitti debeat sine mercato et tollatur ei mercatum. item quod ipse baiulus habere debeat pro salario bizantios M cccc in anno et teneatur secum ducere unum socium et unum scutiferum et habere unum equum ultra eos quos habere prius debebat, et unum tabellionem ut habebat prius. item quod baiulus teneatur dare socio bizantios xxv per annum et duas robas convenientes.

4. *Quod baiulus Accon non ducat secum filium non divisum.*

1270 Millmo ducmo LXX indic. XIII die xi intrantis marcii. Pars fuit capta quod baiulus, qui debet mitti Accon, non possit secum ducere filium non divisum a se nec aliam personam, que lucretur ad eum, salvo quod possit dare collegantias sicut alii, salvo quod possit investiri facere pecuniam que sibi superaverit de salario et eam, quam habebit, de equis suis et de suis arnesiis per duos menses ante quam moveri debuerit.

5. *Quod baiulus Accon non possit aliquo modo dare aliquid pertinens comuni alicui de sua familia.*

1273 more veneto =] Millmo ducmo LXXIII indic. II die penultimo februarii. Fuit
1274 capta pars quod addatur in commissione baiuli Accon, quod per se et suum consilium seu per aliquod aliud consilium, quod haberet ibi, non possit dare vel donare modo aliquo vel ingenio socio suo vel alicui de sua familia aliquid de hiis, que pertinebunt ad comune. et quod si aliquis de serzentis, quos tenere debuerit, ei defecerit, de tanto tempore de quanto defecerit, de tanto nichil recipiat a comuni. item quod dictus baiulus et eius consilarii non possint ponere in aliquo consilio de dare alicui de havere comunis a x bizantiis supra, si non erunt adminus duo ex eis in concordia. item quod dicti baiulus et consilarii debeant stare de intra murum nostrum et portam, nec inde exire aliqua vice, ita quod adminus unus ex eis remaneat semper intus.

6. *Quod consilarii Accon possint accipere de serzentis baiuli usque duos pro se associare.*

1274 Millmo ducmo LXXIII indic. II die primo mensis marcii. Capta fuit pars quod, quandocumque aliquis de consiliariis Accon voluerit aliquem de serzentis, quos baiulus tenetur habere, pro se associare et ire cum eis, possint accipere usque duos, quando voluerint.

7. *Quod baiulus Accon debeat mittere de quanto burgenses Accon faciunt imprestitum quando veniunt Venecias.*

Millmo ducmo LXXVI indic. IIII die VI intrantis iunii. Capta fuit pars quod 1276
addatur in commissione baiulorum Accon, qui de cetero eligentur, et isti qui nunc
est mittatur, dicendo per litteras domini ducis, quod sicut ipsi baiuli et consilarii
teuentur mittere in scriptis burgenses qui veniunt Venecias et habere, quod ducunt
in colleganziis, ita teneantur mittere dicendo de quanto ipsi faciunt imprestitum.
et si ipsi burgenses adduxerint habere ultra illud quod faciunt imprestitum et illud
quod habebunt in colleganziis per cartam, quod de toto illo quod portabunt, ultra
id quod dictum est, debeant solvere quintum. et addatur in capitulari illorum de
mercanciis Levantis, quod teneantur inquirere, si aliquis portaret ultra id quod
dictum est, et si invenerint aliquem portasse, debeant excutere quintum et habeant
illam partem de eo quod excusserint quam habent de aliis.

8. *De serventis baiuli Accon et de suo socio et servitoribus.*

Millmo ducmo LXXVI indic. V die X exeuntis ianuarii. [more veneto 1276--
Pars fuit capta quod, sicut datur serventis, quos debet habere baiulus, bizantius 1277
unus, sic dari debeat 1½ in mense cuilibet, et tres habere debeat pro expensis.
item quod addatur in commissione baiuli, quod non possit habere socium vel ser-
vitorem qui sit minus de XX annis et ultra I. et quod non possit habere pro socio
filium neque fratrem.

9. *Baiulo et consiliariis Accon de suo maiori consilio faciendo.*

Millmo ducmo LXXVI indic. V die III exeuntis ianuarii. Pars [more veneto 1276--
fuit capta quod sit in libertate baiuli et consiliariorum Accon per mudam caravane 1277
accipiendi de maiori consilio in Accon usque ad XL et inde infra, sicut eis
videbitur.

10. *Quod baiulus Accon debeat tenere serzentos solum de illis qui tenent se pro Venetis.*

Millmo ducmo LXXVIII indic. VII die V exeuntis novembris. Capta fuit pars 1278
quod addatur in commissione baiuli Accon, quod de serzentibus quos tenetur habere
et tenere, non possit accipere nisi de hominibus, qui pro Venetis se constringunt.

11. *Quod nullus messeta de Accon possit uti mercanciis ultra bizantios x.*

Millmo ducmo LXXVIII die XIII exeuntis iunii. Fuit capta pars quod nullus 1279
misseta factus per baiulum et consiliarios Accon possit uti mercanciis nec facere

mercatum ultra bizantos x, nec etiam habere societatem cum aliqua persona, tam veneta, quam forense, nec partem etiam habere pro facere mercationem sub pena bizantium L, et sit in perpetuum extra missetariam, et hoc addatur in capitulari baiuli et consiliariorum Accon.

12. De burgensibus Accon quod veniant ad habitandum intra murum nostrum.

1272 Millmo duemo LXXII indic. xv die xv exeutis iulii. Capta fuit pars et ordinatum, quod mittatur dicendo ex parte domini ducis et consilii baiulo Accon et consiliariis quod teneantur iuramento facere, quod burgenses nostri qui sunt et morantur in Accon usque xx de melioribus, qui eis videbuntur, debeant venire ad habitandum intra murum nostrum et portas, et de aliis sit in providentia baiuli et consiliariorum ad faciendum, quod veniant similiter ad habitandum, ut dictum est exceptis milites et heredes eos † et Judeos. et hoc (hos?) teneantur facere venire ad habitandum, ut dictum est, usque ad unum annum postquam receperint litteras domini ducis super hoc, et hoc etiam cum illis melioramentis, que videbuntur.

13. De pena maioris consilii Accon.

1280 Millmo duemo LXXX ind. viii die xxii iunii. Capta fuit pars quod illi, qui electi fuerint de maiori consilio in Accon, sub pena, que baiulo et consiliariis eius vel maiori parti eorum videbitur, debeant esse de ipso consilio et non possint refutare.

14. Quod illi de consilio Accon qui receperunt vel recipient donum, gratiam, feudum, vel imprestitum ab aliqua persona, non possint stare ad consilium quando tractatur de facto suo.

1280 Millmo duemo LXXX indic. viii die xxii iunii. Capta fuit pars quod illi, qui receperunt hactenus aut recipient de cetero donum, feudum, gratiam vel imprestitum ab aliqua vel aliquibus personis, non debeant in Accon manere in consiliis ad capiendam partem quando fient pro facto ipsarum personarum vel persone, sed debeant inde exire.

15. De lignamine et ferro non portando nisi Accon et Surum.

1281 Millmo duemo LXXXI indic. viii die x iulii. Capta fuit pars quod, si quis Venetus et qui pro Veneto se distingit, portaverit lignamen seu ferrum ad partes ultramarinas, debeant ipsi lignamen sive ferrum discaricare aut in Accou aut in Tyro et non alibi, in pena perdendi lignamen et ferrum vel valorem. et postquam fuerit discaricatum, non possit extrahi de terra nisi discaricatum fuerit, absque licentia baiuli et consiliariorum sub pena predicta. et hoc mittatur dicendo comitibus

et comunibus Jadre et Ragusii et alibi, ubi sunt homines qui pro Venetis se constringunt, quod ita debeant observare et facere observari per gentem eorum. et addatur in commissione baiuli et consiliariorum Accon et Tyri, quod debeant inquirere et cercare, si aliquis contrafaceret et accipere dictam penam contrafacienti. et accusator habeat terciam partem pene, si per eius accusationem veritas cognoscetur, et teneatur de credentia et si aliqua occasione non possent executere penam predictam, teneantur significare ordinate domino duci et advocatoribus comunis. et addatur in commissione consulis Alexandrie similiter, quod teneatur inquirere et cercare predicta et accipere penam contrafacienti. et si non posset accipere aliqua ratione, teneatur significare ordinate domino duci et advocatoribus comunis. et si consilium est contra, sit revocatum quantum in hoc.

16. *Baiulo Accon.*

Millmo duemo LXXXII indic. x die vii iulii. Capta fuit pars quod mercatores veneti non possint in Accon accipere domos ad fictum, nisi domus et stationes comunis de Accon fuerint afflictate. 1282

17. *Quod baiulus et consilarii Accon possint imponere penas burgensibus ut veniant ad habitandum intra murum.*

Millmo duemo LXXII indic. xv die x exeuntis iulii. Fuit capta pars, quod parti capte inter xl., quod burgenses nostri de Accon debeant venire ad habitandum intra murum et portas, quod baiulus et consilarii possint imponere penam et penas omnibus quibus eis videbitur, quam et quas penas dominus dux et consilarii et consilium maius habebunt firmas, ac si facte essent per eos. 1272

Incipiunt consilia camerariis Accon pertinentia.

Bifrons fol. 72^b. Lib. Com. II f. 210.

1. *De camerariis Accon quod non possint accipere collegantiam.*

Millmo duemo LXXIII indic. i die penultimo iunii. Capta fuit pars quod addatur in commissione camerariorum Accon, quod non possint nec debeant accipere collegantiam ab aliquo burgense de Accon, sicut non possunt accipere rectores qui exeunt pro comuni de Veneciis et eodem modo. 1273

2. *Quod camerarii Accon scribant introitus comunis et scribatur per baiulum et consiliarios.*

Millmo duemo LXXIII indic. i die penultimo augusti. Capta fuit pars quod camerarii Accon teneantur ea die vel altera, qua afflictaverint de domibus et 1273

stationibus comunis et magazenis vel tabulis aut terris vel aliis pertinentibus ad comune alicui vel (add. aliquibus), ire ad baiulum et consiliarios Accon in pena salarii quod ei pertinet de illa die, et dicere: nos dedimus talem stationem vel domum vel magazenum, tabulam vel terram aut aliud quod affictaverit pro comuni tali + pro tanto precio et pro quanto et tali die. et eodem modo teneantur camerarii venire ad baiulum et consiliarios, quando receperint claves et dicere: tali die reddite fuerunt nobis claves de tali domo vel de tali statione vel magazeno vel tabula. et baiulus et consiliarii teneantur facere scribi in dicto quaterno diem, qua reddite fuerint claves. et teneantur dicti camerarii ea die vel altera qua excusserint pensionem, scribere in quaterno illud quod excusserint et ponere in capsella comunis. et quilibet eorum habeat et teneat unum clavim dicte capselle. et baiulus et consiliarii et camerarii teneantur abscondere dictos quaternos insimul omni mense et teneantur etiam baiulus et consiliarii quibuslibet duobus mensibus ire ad videndum domos comunis semel ad minus. et hoc totum, quod dictum est, addatur in capitulariis baiuli et consiliariorum et camerariorum. et si quod consilium vel aliquod capitulum suorum capitulariorum esset contra, sit revocatum quantum in hoc.

3. Quod camerarii Accon non possint dare nec recipere nisi fuerint ambo simul.

- 1274 Millmo ducmo LXXIV indic. II die VIII intrantis marcii. Pars fuit capta quod addatur in commissione camerariorum Accon, quod non possint dare vel expendere neque recipere ab uno bizancio supra, nisi erunt ambo simul, nisi facerent de licentia baiuli aut illius, qui loco baiuli fuerit, et salvis occasionibus, aliis officialibus exceptatis.

Consilia super collegantiis pertinentia.

Bifrons f. 22. § 4. Lib. Com. I. (f. 68^b.) f 99^b.

Quod omnes Veneti et qui pro Venetis se tenent in Accon, non possint facere fieri cartas de collegantia alicui nisi per notarium Venetum de havere quod adduceretur Venecias et dominium Veneciarum. et est ut infra dicitur.

- 1272 Millmo ducmo LXXII indic. XV die II augusti. Capta fuit pars quod omnes Veneti et qui pro Venetis se tenent in Accon, non possint facere fieri cartas de collegantia alicui nisi per notarium Venetum. et consiliarii Accon scripserint se testes in ea et in illis, videlicet que fient pro havere quod adduceretur in Venecias, in Cretam, in Nigropontum, in Coronum vel in Montonum. ita quod baiulus et consiliarii per maiorem partem eorum manus ponant in cartis. et si aliter facta fuerit carta non teneatur. et si aliquis Venetus et qui pro Veneto se tenet, duxerit de ultra mare havere forinsecorum Venecias, perdere debeat medietatem illius haveris

vel valorem ipsius. et accusator habeat quartum de eo quod excutietur. et addatur in capitulari baiuli et consiliariorum Accon quod teneantur inquirere, si aliquis Venetus adduxerit havere forinsecorum Venecias, et si invenerint, aliquem adduxisse, debeant ei accipere medietatem ipsius haveris vel valorem ipsius. et accusator habeat quartum de eo quod excutietur. et teneantur etiam inquirere ab eis quantum havere habebunt ad ducendum secum, et a quibus habebunt in collegancia. et mittant in scriptis domino duci et vicedominis maris, et de quanto faciunt imprestitum. et idem dicetur de omnibus Venetis et qui pro Venetis se habent, de omnibus partibus unde venerint, si adduxerint havere forinsecorum ut dictum est. et addatur in commissionibus omnium rectorum qui vadunt pro domino duci et comuni Veneciarum in regiminibus extra hoc quod dictum est supra. et si que consilia essent contra hoc, sint revocata quantum in hoc, hoc addito quod dicatur de cartis que fient pro havere quod adduceretur in Venecias, in Cretam, Nigropontum vel Coronum vel Montonum.

b. Von Tyrus.

Incipiunt consilia baiulo et consiliariis Tyri pertinentia.

Bifrons f. 72^b. Lib. Comm. II. 212.

1. Quod baiulus et consilarii Tyri non recipiant donum nec presens.

Millmo ducmo LVI indic. XIII die VII intrantis aprilis. Fuit capta pars quod 1256
baiulus et consilarii Tyri non debeant nec possint recipere aliquod donum nec presens nisi de salvadisinis, exceptis illis que sibi dari statuta sunt a villanis comunis Veneciarum. item quod, quando exire voluerint de terra, unus eorum ad minus remaneat in terra, qui debeat facere regimen dicte terre, et non possint nec debeant stare extra terram nisi duobus mensibus in anno, nisi irent et starent pro factis et servitiis comunis.

2. De commissione consiliariorum Tyri quod fiat prout est illa consiliariorum Negropontis.

Millmo ducmo LXXVIII indic. VI die X intrante marcio. Capta fuit pars 1278
quod commissio consiliariorum Tyri debeat fieri secundum modum et formam illius consiliariorum Negropontis, mutando verba et dimittendo in hiis que mutanda et dimittenda erunt, cum condicione quod debeant esse camerarii et debeant habere

unam capsellam cum tribus clavibus, in qua reponant bona comunis, de qua capsella quilibet consiliarius habeat unam clavim et baiulus habeat aliam et stet capsella ad domum baiuli. item quod teneantur affictare et locare domos et possessiones comunis de Tyro, tam de intus quam extra et tam per incantum quam per alium modum, secundum quod eis cum baiulo simul melius videbitur faciendum pro utilitate comunis. et superstare ad predicta et ad excutienda bona secundum quod per eos melius fieri poterit et sicut tenentur camerarii Accon. item si propter duos menses, in quibus occasione terre, que dicitur non esse bene sana, possunt stare in Accon, baiulus ibit Accon, consilarii debeant remanere in Tyro. et si baiulus et unus de consiliariis irent, quod alter consiliarius semper remanere debeat. et si aliter exhibunt terram, quocumque modo exeant, unus semper ad minus remanere debeat in terra.

3. *Quod consilarii Tyri possint stare per tres menses in anno.*

1278. Millmo ducmo LXXVIII indic. VI die III intrantis iunii. Capta fuit pars quod ponatur in commissione consiliariorum Tyri, quod possint stare per tres menses in anno, sicut dictum est de baiulo, ita quod unus remaneat semper in terra.

VI.

Verordnung für den Bailo von Armenien.

Incipiunt consilia baiulo Armenie pertinentia.

Bifrons fol. 73. Lib. Com. II f. 213.

Quod baiulus Armenie cum duabus partibus sui consilii possint facere societatem super emendo bambacio.

1274. Millmo ducmo LXXIII indic. II die XIII exeuntis augusti. Capta fuit pars quod licitum sit baiulo Armenie cum duabus partibus sui consilii facere societatem super emendo bambacio, secundum quod eidem baiulo et duabus partibus sui consilii videbitur ibi ordinare. et possit idem baiulus imponere penam et penas omnibus, qui nolent observare illud, quod ordinaverit cum duabus partibus sui consilii, et ipsas penas excutere debeat. et si excutere non posset, teneatur in scriptis mittere domino duci omnes illos, qui non observaverint illud quod ordinaret et preciperet cum duabus partibus sui consilii.

VII.

Verordnungen für den Consul von Alexandria.

Incipiunt consilia consuli Alexandrie pertinentia.

Bifrons f. 73. Lib. Comm. II f. 214.

1. *Quod in Alexandria et Messana condemnationes que fiunt in consilio fiant cum bussolis.*

Millmo duemo LXIII indic. VII die XI intransis iunii. Capta fuit pars, quod 1264
in Alexandria et Messana, quando fiunt condemnationes in maiori consilio, debeant
feri cum bussolis. et sit firma pro maiori parte. et hoc iungatur in capitulario
rektorum.

2. *De consule Alexandrie.*

Millmo duemo LXXI indic. XIII die XIII intransis iulii. Capta fuit pars 1271
quod in commissione consulis Alexandrie ponatur quod sit ad duos annos. item
quod consuli, quem loco sui constituet, quando inde se dividet, possit et debeat
constituere salarium de redditibus comunis quos in Alexandria habet, VII bizantios
in mense. et si in Alexandria haberi non poterit, solvatur in Veneciis.

VIII.

Verordnungen für den Consul von Tunis.

Incipiunt consilia consuli Tunisii pertinentia.

Bifrons fol. 73. Lib. Comm. II f. 216.

1. *De lignamine quod portatur Tunixium quod non laboretur nisi in fontico.*

Millmo duemo LXXVIII indic. VII die XV intrante maio. Capta fuit pars 1279
quod addatur in capitulario scribanorum lignorum que vadunt Tunixium, quod
teneantur dare in scriptis lignamen, quod erit in lignis pro discaricare in terra
consuli, et ipse consul teneatur habere curam quod non operetur ipsum lignamen
Aus d. Abh. d. I. Cl. d. k. Ak. d. Wiss. XIII. Bd. I. Abth. (17) 5

in alio aliquo loco, nisi in fontico. et si erit aliquis qui vendet lignamen non laboratum, perdat ipsum lignamen vel quantum fuerit venditum. et si signoria acciperet per fortium, quod illud, quod erit melius de presa auri, deveniat in comune cum condicione, quod consul habeat tercium, sicut habet de intratis fontici. et sic intelligatur de aliis partibus Barbarie. et illam eandem curam teneatur habere consul de hominibus Veneciarum qui portabunt lignamen cum lignis forensium. et hoc mittatur dicendo per litteras domini ducis consuli, qui nunc est et aliis qui de cetero erunt, detur per ordinem et addatur in commissionibus suis.

Consilia ad tempus expirantia.

Bifrons 27. Lib. Comm. I. (f. 95^b.) f. 126^b.

2. *De salario consulis Tunixii et intrate comunis.*

1281 Millmo ducmo LXXXI indic. viiii die xvi maij. Pars fuit capta quod consul Tunixii accipiatur ad duos annos sicut erat ad unum annum et habeat duas partes introituum fonticorum et furni et taberne. et tertia pars sit comunis pro adaptatione fontici.

Et debeat tenere tres famulos. unus quorum sciat scribere. et duos equos. et illos denarios quos habebit de condempnationibus, ipse mittat in adaptatione fontici sicut ei bene videbitur simul cum illo quod superest et habeat forum. et si consilium est contra, sit revocatum quantum in hoc.

IX.

Verordnungen für die Rectoren am Adriatischen Golf, für die Comites von Dalmatien und Croatien und andere.

Comitibus comitatibus potestatibus et consiliariis Dalmatie et Chroatie et castellano Almesie pertinentia. et primo de comite et consiliariis Jadre.

Bifrons fol. 67^b. Lib. Comm. II f. 184.

1. *Quod comes Jadre et consilarii non recipiant donum vel presens.*

1256 Millmo ducmo LVI ind. xiiii intrantis iunii. Capta fuit pars quod comes Jadre nec consilarii non debeant recipere nec recipi facere donum aliquod nec presens ab aliquo habitatore nec mercatore nec alia persona Jadre nec terrarum

Slavonie nec Dalmatie, nec aliqua alia persona aliquo modo vel ingenio excepto a suis parentibus et amicis de Veneciis transeuntibus inde quicquid eis transmissum fuerit vel datum in donis.

Incipiunt consilia vicedominis maris pertinentia.

Bifrons fol. 54^b. Lib. Com. II f. 115.

2. Quod Jadretini tantum dacium solvant quantum homines Veneciarum de mercibus.

Mill^{mo} duc^{mo} XLVIII indic. VII die XII intrantis octobris. Capta fuit pars ¹²⁴⁸ in consilio maiori et ordinatum ut littere dirigantur nobili viro ser Justiniano comiti Jadre suisque consiliariis et comuni Jadre, ut de mercibus et rebus quas Jadretini amodo Venecias detulerint de regno, tam de hiis que de partibus ultramarinis Romanie Tunixij et Barbarie fuerint quam de regno et Sicilia, sive Apulia, tantum datum in Veneciis solvere debeant et exhibere quantum homines Veneciarum solvent et dabunt in Veneciis comuni Veneciarum, et quod de cetero equales Venetorum Jadretinos habere volumus in hoc facto.

Pertinentia Comuni.

Bifrons 12. § 96. Lib. Comm. I f. 55.

3. Quod mercatores de ultra Slavoniam et Zaconiam possint uti ad castrum Coroni cum condicionibus appositis.

Mill^{mo} duc^{mo} LXXXII ind. X die XXIII maij. Capta fuit pars quod merca- ¹²⁸²tores de ultra Slavoniam et Zaconiam possint uti ad castrum Coroni et emere et portare mercationes ultra. sed nullus Venetus nec havere alicuius Veneti possit uti ultra nec ire nec mittere nec facere aliquam credentiam per quam sue res vadant ultra Slavoniam et Zaconiam. sed de veniendo mercatores cum suis mercationibus de ultra Slavoniam et Zaconiam remaneant in libertate castellanorum propter certas conditiones que possent occurrere.

X.

Verordnungen für die Rectoren ausserhalb des Golfes, darunter für den Podestà von Constantinopel.

Incipiunt consilia rectoribus de extra culfum pertinentia.

Bifrons fol. 72. Lib. Comm. II fol. 204.

1. De naulo navis et camerarum dando rectoribus de extra culfum.

¹²⁴⁸ more veneto =] Millmo ducmo XLVIII indic. VII die III exeuntis ianuarii. Capta fuit
¹²⁴⁹ pars in consilio maiori et ordinatum, quod potestas Constantinopolis, ducha Cretensis, baiuli Accon, Tyri et Nigropontis et castellani Coroni et Mothoni, qui amodo iverint in dictis signoriis, debeant habere a comuni pro naulo navis et camerarum soldos XI. denariorum Venecie grossorum pro quolibet pro se et sua familia, arnesiis et victualibus. et si portaverint equum unum vel duos, unusquisque illorum debeat habere pro naulo pro quolibet equo soldos X grossorum a comuni Venecie; quos quidem equos per totum tempus sui regiminis non debeant vendere nec cambire, nisi causa meliorandi. et si cum navigio comunis Venecie iverint, nichil habere debeant de predictis. consiliarii vero predictorum rectorum debeant habere eodem modo quilibet eorum pro naulo navis et camerarum a comuni soldos XX den. Ven. grossorum pro se et sua familia, arnesiis et victualibus. et si portaverint equum unum, unusquisque illorum debeat habere pro naulo equi soldos X grossorum a comuni Veneciarum, quem quidem equum per totum tempus sui regiminis non debeant vendere vel cambire nisi causa meliorandi. et si cum navigio comunis iverint, nichil habere debeant de predictis. et ultra id quod dictum est in ipso viatico, non debeant habere a comuni aliquo modo.

¹²⁵⁰ Post hec anno domini MCCL, mensis iulii die X extantis, captum et ordinatum fuit in maiori consilio et confirmatum iterum suprascriptum consilium et in fine ipsius consilii taliter specificatum, quod si domino duci et suo consilio dare placuerit navigium subtile rectoribus et eorum consiliariis antedictis, de ipsis denariis aliquid non detur eis omnino.

2. Quod rectores de extra gulfum non possint adducere nec mittere eorum mercationes nisi sicut alii mercatores.

¹²⁷¹ more veneto =] Millmo ducmo LXXI indic. XV die VIII extantis februarii. Capta
¹²⁷² fuit pars quod rectores omnes qui de cetero ibunt pro comuni Venetiarum extra culfum, si voluerint venire Venecias et habebunt licentiam veniendi vel ante termi-

num vel postquam compleverint, possint venire, sed non possint adducere nec mittere eorum mercationes nisi sicut poterunt alii mercatores et secundum licentiam datam aliis mercatoribus. et hoc iungatur in eorum capitulari et si aliter venerint, cadant in pena, qua cadunt qui vadunt contra ordinem.

XI.

Verordnungen für die Rectoren insgesamt.

Incipiunt consilia omnibus rectoribus pertinentia.

Bifrons fol. 73^b. Lib. Comm. II fol. 217.

1. *Rectoribus quod ipsi non habeant consiliarios sibi attinentes.*

Millmo ducmo LX indic. IV die VIII exeuntis ianuarij. Capta [more veneto 1260 =
fuit pars, quod in omnibus regiminibus, que sunt extra Venecijs et erunt de cetero, 1261
tam in signorijs, quam in consiliarijs hic modus debeat observari, videlicet quod rector alicuius regiminis non debeat attinere alicui suorum consiliariorum, neque consiliarij inter se, id est secundum lineam parentele, que observatur in Venecijs in facto electionis ipsorum regiminum, verumtamen, si acciderit, quod aliqui electi fuerint in aliquo regimine contra ordinem suprascriptum, ille, qui prius electus fuerit, debeat remanere in electione.

2. *Quod rectores debeant capere galiotos et alios fugientes cum soldo.*

Millmo ducmo LXIII indic. VII die XIII februarij. Capta fuit [more veneto 1263 =
pars in maiori consilio et ordinatum, quod iungatur in capitulari omnium rectorum, 1264
qui exhibunt extra Venecias, quod teneantur et debeant capere galiotos uel alios fugientes cum soldo comunis in personis et rebus et debeant facere solui id quod debebit comuni et qui accusabit, debeat habere quartum.

3. *Quod rectores non possint facere mercatum nec aliquis de sua familia.*

Millmo ducmo LXXII indic. XV die XVI intrantis martij. Capta fuit pars, 1272
quod addatur in commissione castellanorum Coroni et omnium rectorum, qui vadunt pro Venecijs, quod non possunt facere mercanciam secundum formam suarum commissionum, quod non debeant retinere secum aliquem notarium uel socium uel alium in familia, qui faciat et exerceat mercanciam per aliquem modum uel inge-

nium, saluo quod possint inuestire suos denarios, qui eis superauerint de suo salario per unum mensem ante aduentum. et si qua consilia essent contra, sint reuocata quantum in hoc.

4. *Quod sicut rectores non possunt recipere donum nec presens per totum tempus sui regiminis, ita nec per medium annum post.*

1273 Millmo ducmo LXXIII indic. i die ii exeuntis iunij. Capta fuit pars, quod addatur in commissione omnium rectorum, qui vadunt pro comuni Veneciarum, sicut tenentur per suas commissiones per totum tempus suorum regiminum, ita teneantur per medium annum, postquam compleuerint suum regimen, videlicet de eo, quod continetur, quod non possint † donum nec presentem. et si infra dictum terminum medii anni reciperet, perdat duplum de eo, quod acciperet et accusator habeat medietatem et teneatur de credentia. et addatur in capitulari de magno consilio, quod teneantur accusare, quos scirent fecisse contra. et si quod consilium est contra, sit reuocatum, quantum in hoc.

